Cardinale Diacono, & vna Planeta pro quolibet Cardinale Presbytero, ac vno Pluuiali pro quolibet Cardinale Episcopo, ac exceptis Candelabris, ac Malluuijs, & Gutturnijs Bacili, & Bocali vulgo nuncupatis, etiam aureis, vel argenteis, hac perpetuò valitura Cõstitutione nostra statuimus, & ordinamus, & quascumque facultates præfatas testandi, ac ab intestato transmittendi, & disponendi de vestimentis, ornamentis, vasis, & aliis rebus, ac vtensilibus præfatis etiam in fauorem quarumuis Ecclesiarum, seu Cappellarum, & locorum piorum, ac personarum etiam speciali nota, & indiuidua expressione dignarum, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, ac alias quomodolibet per præfatos prædecessores nostros, ac Nos ipsos Cardinalibus præfatis quibuscumque concessas, quæ hactenus effectum sortitæ non fuerunt, ad præsentis nostræ Constitutionis tenorem reducimus, & quatenus fuerit opus, in ijs, quæ præsentibus aduersantur reuocamus, abolemus, cassamus, annullamus, & irritamus, ac reductas, reuocatas, abolitas, cassas, annullatas, & irritas fore, & esse, & in posterum per quamcumque derogationem per Nos, vel Successores nostros faciendam non censeri præsenti nostræ Constitutioni in aliquo detractũ, nec dictæ Sacristiæ præiudicatum, nisi specialiter, & expressè huic Constitutioni referendo eius datam, ac aliàs sufficienter derogatum fuerit, vtque in omnibus, & singulis facultatibus testandi quibusuis S.R.E. Cardinalibus nunc, & pro tempore existentibus tàm per Nos, quàm per Successores nostros Romanos Pontifices in posterum concedendis, ac litteris Apostolicis, siue in forma Breuis, siue sub plumbo desuper expediendis apponatur, & apponi debeat expressè sequens clausula, videlicet, seruata forma præsentis nostræ Constitutionis circa vtensilia Sacristiæ Pontificiæ post obitum S.R.E. Cardinalium debita editæ, aliàs si clausula huiusmodi in facultatibus, & litteris prædictis expressè apposita, & inserta non fuerit, ipsæ facultates, & litteræ nullæ sint eo ipso, neminique vllo modo suffragentur, præsentes quoque litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod Cardinales, & alij præfati, ac quicumque desuper interesse habentes, seu habere prætendentes, illis non consenserint, & ad ea vocati, & auditi, causæque propter quas præsentes emanarunt deductæ, verificatę, seu aliàs sufficienter, aut etiam nullatenus iustificatę fuerint, nullo vnquã tempore de subreptionis, obreptionis nullitatis, aut inualiditatis vitio, seu intẽtionis nostræ, aut alio quouis defectu etiã substãtiali, aut ex quouis alio capite, etiã in corpore iuris clauso, seu occasione, vel causa etiã quamuis iusta, rationabili, & priuilegiata notari, impugnari, inualidari, & retractari posse, sed ipsas præsentes litteras semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Sacristiæ præfatę plenissimè suffragari, sicque & non aliter in pręmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Camerarium, & alios Cardinales etiam de Latere Legatos, necnon dictæ Camerę Pręsidentes, Clericos, & alios Officiales nunc, & pro tempore existentes in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obstan. quibusuis testandi, ac ad hęredes ab intestato transmittendi, ac aliàs quomodolibet de bonis, & rebus pręfatis disponendi, per quoscumque Romanos Pontifices pręđecessores nostros, ac etiam per Nos ipsos Cardinalibus pręđictis etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam Consistorialiter concessis facultatibus, ac fęl. recor. Pij Papę Quarti etiam pręđecessoris nostri de gratijs qualecumque interesse Cameræ Apostolicæ concernentibus in eadem Camera pręsentandis, & registrandis, itaut præsentes litteras nunquam in eiusdem Cameræ libris registrari necessè sit, & quibuslibet alijs Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, ac Decretis etiam Consistorialibus, & quatenus opus sit, de non tollendo iure quæsito, alijsque Cancellariæ Apostolicæ regulis quibuscumque etiam in fauorem præfatorum Cardinalium, etiam per Nos editis, necnon Collegii Cardinalium prædictorum, & quorumuis Ecclesiarum, & locorum piorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quauis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus etiam antiquissimis, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis Collegio prædicto, Ecclesiis, & locis piis quibuslibet, & quibuscumque personis cuiuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, & dignitatis etiam Ecclesiasticæ, etiam indiuidua expressione dignis, aut aliàs quomodolibet qualificatis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita obseruata exprimerentur, & insererentur, præsentibus proplenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xvj. Octobris MDCXLIII. Pontificatus Nostri Anno Vigesimoprimo.

M.A.Maraldus.

Anno à Natiuitate D.N. IESV CHRISTI millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio, Indictione undecima Pontificatus verò Sanctiss. D.N. Papæ VRBANI diuina prouidentia Papæ VIII. Anno eius Vigesimoprimo die verò 29. mensis Octobris supradictæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, in acie Campi Floræ Vrbis per me Franciscum Melanum eiusdem Sanctiss. D.N. Curs.

Ioseph Masseus pro D. Mag. Curs.

ROMAE, Ex Typographia Reu. Cameræ Apostolicæ. MDCXLIII.

S.^MI D. N. D. VRBANI
DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ VIII.
Constitutio circa vtensilia Sacristiæ Pontificiæ post obitum S.R.E.Cardinalium debita.







VRBANVS PAPA VIII.
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

AEQVVM est, vt Nos, qui omnium Christifidelium commodis pro paterna nostra charitate iugiter inuigilamus, Sacristiæ nostræ Pontificiæ, ac Cameræ Apostolicæ iura non negligamus. Quamuis enim etiam iuxta Constitutionem fælic. record. Clementis Papæ VII. prædecessoris nostri desuper editam obseruatum fuerit, quòd omnia & singula Mitræ, Pluuialia, Planetæ, & alia Altaris ornamenta, & vestimenta, ac vasa aurea, & argentea, præsertim sacra, & benedicta, cuiuscunque qualitatis, & pretij fuerint, quibus S.R.E. Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales in Cappella Pontificia in Missarum tàm per Romanos Pontifices, quàm in eorum præsentia, etiam per dictos Cardinales celebratione, ac in processionibus, & alijs cæremonijs Pôtificalibus vsi fuerût, post illorû obitû fuerint, & sint applicata, & realiter consignari debeãt dictæ Cappellæ, & illius Sacristiæ, præfataq. applicatio, & consignatio impediri non debeat prætextu quarũcumque facultatum testandi etiam sub quacũque forma, & verborum tenore pro tempore cõcessarum, & aliàs prout in eadẽ Clementis prædecessoris Constitutione vberiùs continetur. Nihilominus quia tàm Romani Pontifices prædecessores nostri concesserunt, quàm etiã Nos eorum xempla secuti concessimus diuersis S.R.E. Cardinalibus facultatem disponendi de ornamentis, & vestimentis, ac vasis, & alijs rebus prædictis, illaque relinquendi Ecclesijs, seu Cappellis, vel locis pijs, aut personis, præsertim Ecclesiasticis, sibi beneuisis in graue Sacristiæ præfatæ præiudicium, ac etiã Cameræ Apostolicæ detrimentum, quam de suo eidem Sacristiæ de ornamentis, cæterisque rebus huiusmodi ea propter prouidere oportet. Hinc est, quòd Nos earumdem Sacristiæ, & Cameræ indemnitati in præmissis consulere volentes. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam ipsam Constitutionem Clementis prædecessoris huiusmodi Innouantes, & ampliantes, quod de cætero perpetuis futuris temporibus præfata omnia, & singula, Mitræ, Pluuialia, Tunicellæ, aliaque ornamenta, & vestimenta, ac Calices, Patenæ, vasa etiam aurea, & argentea, aliæque res, & vtensilia quomodolibet nuncupata, præsertim benedicta, seu consecrata, quibus S.R.E. Cardinales nunc & pro tempore existentes, etiam præfatam, aut quamcumque aliam similem, vel dissimilem facultatem Apostolicam de illis disponendi, ac ad hæredes etiam ab intestato transmittendi, vt præmittitur habentes non solùm in Cappella Pontificia, seu Processionibus, cæremonijs, & alijs functionibus Pontificijs præfatis, sed etiam in eorum Cappellis priuatis hactenus, vel in futurum pro tempore quomodolibet vsi fuerint, vel quæ detulerint, ad Sacristiam præfatam ipso iure

Cardinale Diacono, & vna Planeta pro quolibet Cardinale Presbytero, ac vno Pluuiali pro quolibet Cardinale Episcopo, ac exceptis Candelabris, ac Malluuijs, & Gutturnijs Bacili, & Bocali vulgo nunenpatis; etiam aureis, vel argenteis, hac perpetuò valitura Cõstitutione nostra statuimus, & ordinamus, & quascumque facultates præfatas testandi, ac ab intestato transmittendi, & disponendi de vestimentis, ornamentis, vasis, & aliis rebus, ac vtensilibus præfatis etiam in fauorem quarumuis Ecclesiarum, seu Cappellarum, & locorum piorum, ac personarum etiam speciali nota, & indiuidua expressione dignarum, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, ac alias quomodolibet per præfatos prædecessores nostros, ac Nos ipsos Cardinalibus præfatis quibuscumque concessas, quæ hactenus effectum sortitæ non fuerunt, ad præsentis nostræ Constitutionis tenorem reducimus, & quatenus fuerit opus, in ijs, quæ præsentibus aduersantur reuocamus, abolemus, cassamus, annullamus, & irritamus, ac reductas, reuocatas, abolitas, cassas, annullatas, & irritas fore, & esse, & in posterum per quamcumque derogationem per Nos, vel Successores nostros faciendam non censeri præsenti nostræ Constitutioni in aliquo detractũ, nec dictæ Sacristiæ præiudicatum, nisi specialiter, & expressè huic Constitutioni referendo eius datam, ac aliàs sufficienter derogatum fuerit, vtque in omnibus, & singulis facultatibus testandi quibusuis S.R.E. Cardinalibus nunc, & pro tempore existentibus tàm per Nos, quàm per Successores nostros Romanos Pontifices in posterum concedendis, ac litteris Apostolicis, siue in forma Breuis, siue sub plumbo desuper expediendis apponatur, & apponi debeat expresse sequens clausula, videlicet, seruata forma præsentis nostræ Constitutionis circa vtensilia Sacristiæ Pontificiæ post obitum S.R.E. Cardinalium debita editæ, aliàs si clausula huiusmodi in facultatibus, & litteris prædictis expressè apposita, & inserta non fuerit, ipsæ facultates, & litteræ nullæ sint eo ipso, neminique vllo modo suffragentur, præsentes quoque litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod Cardinales, & alij præfati, ac quicumque desuper interesse habentes, seu habere prætendentes, illis non consenserint, & ad ea vocati, & auditi, causæque propter quas præsentes emanarunt deductæ, verificatę, seu aliàs sufficienter, aut etiam nullatenus iustificatę fuerint, nullo vnquã tempore de subreptionis, obreptionis nullitatis, aut inualiditatis vitio, seu intẽtionis nostræ, aut alio quouis defectu etiã substãtiali, aut ex quouis alio capite, etiã in corpore iuris clauso, seu occasione, vel causa etiã quamuis iusta, rationabili, & priuilegiata notari, impugnari, inualidari, & retractari posse, sed ipsas præsentes litteras semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Sacristiæ præfatę plenissimè suffragari, sicque & non aliter in pręmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Camerarium, & alios Cardinales etiam de Latere Legatos, necnon dictæ Camerę Pręsidentes, Clericos, & alios Officiales nunc, & pro tempore existentes in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari decernimus. Non obstan. quibusuis testandi, ac ad hęredes ab intestato transmittendi, ac aliàs quomodolibet de bonis, & rebus pręfatis disponendi, per quoscumque Romanos Pontifices prędecessores nostros, ac etiam per Nos ipsos Cardinalibus pręd ictis etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam Consistorialiter concessis facultatibus, ac fęl. recor. Pij Papę Quarti etiam prędecessoris nostri de gratijs qualecumque interesse Cameræ Apostolicæ concernentibus in eadem Camera pręsentandis, & registrandis, itaut præsentes litteras nunquam in eiusdem Cameræ libris registrari necessè sit, & quibuslibet alijs Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, ac Decretis etiam Consistorialibus, & quatenus opus sit, de non tollendo iure quæsito, alijsque Cancellariæ Apostolicæ regulis quibuscumque etiam in fauorem præfatorum Cardinalium, etiam per Nos editis, necnon Collegii Cardinalium prædictorum, & quorumuis Ecclesiarum, & locorum piorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quauis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus etiam antiquissimis, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis Collegio prædicto, Ecclesiis, & locis piis quibuslibet, & quibuscumque personis cuiuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, & dignitatis etiam Ecclesiasticæ, etiam indiuidua expressione dignis, aut aliàs quomodolibet qualificatis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita obseruata exprimerentur, & insererentur, præsentibus proplenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xvj. Octobris MDCXLIII. Pontificatus Nostri Anno Vigesimoprimo.

M.A.Maraldus.

Anno à Natiuitate D.N. IESV CHRISTI millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio, Indictione vndecima Pontificatus verò Sanctiss. D.N. Papæ VRBANI diuina prouidentia Papæ VIII. Anno eius Vigesimoprimo die verò 29. mensis Octobris supradicta litterа Apostolica affixa, & publicata fuerunt in valuis Basilica Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellaria Apostolica, in acie Campi Floræ Vrbis per me Franciscum Molanum eiusdem Sanctiss. D.N. Curs.

Ioseph Masseus pro D.Mag.Curs.

ROMAE, Ex Typographia Reu. Cameræ Apostolicæ. MDCXLIII.

(19

S.^MI D. N. D. VRBANI

DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ VIII.

Conſtitutio circa vtenſilia Sacriſtiæ Pontificiæ poſt obitum S.R.E. Cardinalium debita.







VRBANVS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

AEQVVM eſt, vt Nos, qui omnium Chriſtifidelium commodis pro paterna noſtra charitate iugiter inuigilamus, Sacriſtiæ noſtræ Pontificiæ, ac Cameræ Apoſtolicæ iura non negligamus. Quamuis enim etiam iuxta Conſtitntionem fælic. record. Clementis Papæ VII. prædeceſſoris noſtri deſuper editam obſeruatum fuerit, quòd omnia & ſingula Mitræ, Pluuialia, Planetæ, & alia Altaris ornamenta, & veſtimenta, ac vaſa aurea, & argentea, præſertim ſacra, & benedicta, cuiuſcunque qualitatis, & pretij fuerint, qnibus S.R.E. Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales in Cappella Pontificia in Miſſarum tàm per Romanos Pontifices, qnàm in eorum præſentia, etiam per dictos Cardinales celebratione, ac in proceſſionibus, & alijs cœremonijs Pōtificalibus vſi fuerūt, poſt illorū obitū fuerint, & ſint applicata, & realiter conſignari debeāt dictæ Cappellæ, & illius Sacriſtiæ, præfataq. applicatio, & conſignatio impediri non debeat prætextu quarūcumque facultatum teſtandi etiam ſub quacūque forma, & verbornm tenore pro tempore cōceſſarum, & aliàs prout in eadē Clementis prædeceſſoris Conſtitutione vberiùs continetur. Nihilominns quia tàm Romani Pontifices prædeceſſores noſtri conceſſerunt, quàm etiā Nos eornm xempla ſecuti conceſſimus diuerſis S.R.E. Cardinalibus facultatem diſponendi de ornamentis, & veſtimentis, ac vaſis, & alijs rebus prædictis, illaque relinquendi Eccleſijs, ſeu Cappellis, vel locis pijs, aut perſonis, præſertim Eccleſiaſticis, ſibi beneuiſis in graue Sacriſtiæ præfatæ præiudicium, ac etiā Cameræ Apoſtolicæ detrimentum, quam de ſuo eidem Sacriſtiæ de ornamentis, cæteriſque rebus huiuſmodi ea propter prouidere oportet. Hinc eſt, quòd Nos earumdem Sacriſtiæ, & Cameræ indemnitati in præmiſſis conſulere volentes. Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam ipſam Conſtitutionem Clementis prædeceſſoris huiuſmodi innonantes, & ampliantes, quod de cætero perpetuis futuris temporibus præfata omnia, & ſingula, Mitræ, Pluuialia, Tunicellæ, aliaque ornamenta, & veſtimenta, ac Calices, Patenæ, vaſa etiam aurea, & argentea, aliæque res, & vtenſilia quomodolibet nuncupata, præſertim benedicta, ſeu conſecrata, quibus S.R.E. Cardinales nunc & pro tempore exiſtentes, etiam præfatam, aut quamcumque aliam ſimilem, vel diſſimilem facnltatem Apoſtolicam de illis diſponendi, ac ad hæredes etiam ab inteſtato tranſmittendi, vt præmittitur habentes non ſolùm in Cappella Pontificia, ſeu Proceſſionibus, cœremonijs, & alijs functionibus Pontificijs præfatis, ſed etiam in eorum Cappellis priuatis hactenus, vel in futurum pro tempore quomodolibet vſi fuerint, vel quæ deulerint, ad Sacriſtiam præfatam ipſo iure